Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

honorum inde gratias referas. Siquid autem
reprehensibile in eo esse respexeris. irre
infirmitati et impericie deputes. et ap
trementem iudicem veniam impetre
nobis per sacras orationes festines. sicque
optimo largitori dignum honorem et fra
gili opifici oportunum confers solatium.
Serenitatem tuam divina maiestas pro
speris successibus pollentem et eterne beati
tudinis gaudia percipientem. omni tempore nostri
memorem conservare dignetur. Alius
Prologus

Machabeorum duo libri
prenotant prelia inter hebreo
rum duces. gentesque persarum
pugnam quoque sabbatorum et nobiles macha
bei ducis triumphos exercitus eorum
nomine. et libri eidem sunt intitula
ti. Hec quoque hystoria continet etiam incli
ta illa gesta machabeorum fratrum qui sub
anthyocho rege pro sacris legibus dira
tormenta perpessi sunt. Quos mater
pia dum diversis suppliciis ingemi
scentes solum non flevit. sed et gaudens hor
tabatur ad gloriam passionis. Incipit
liber Machabeorum Primus.

Et factum
est postquam
percussit
alexander
philippi
macedo.
qui primus
regnavit in
grecia egressus de terra cethim. darium
regem persarum et medorum. constituit prelia
multa. et omnium obtinuit munitiones.
Et interfecit reges terre. et pertransiit usque
ad fines terre. Et accepit spolia multi
tudinis gentium. et siluit terra in conspectu eius.
Et congregavit virtutem et exercitum fortem nimis.
et exaltatum est et elevatum cor eius.
Et obtinuit regiones gentium et tyra
nos. et facti sunt illi in tributum. Et post
hec decidit in lectum. et cognovit quia mo
reretur. Et vocavit pueros suos nobiles
qui secum erant nutriti a iuventute
sua. et divisit illis regnum suum cum adhuc
viveret. Et regnavit alexander annis
xii. et mortuus est. Et obtinuerunt pueri
eius regnum. unusquisque in loco suo.
Et imposuerunt sibi omnes diademata
post mortem eius. et filii eorum post eos
annis multis. et multiplicata sunt
mala in terra. Et exiit ex eis radix pec
cati anthyochus illustris filius anthy
ochi regis qui fuerat rome obses. et
regnavit in anno centesimo et xxxvii. regni
grecorum. In diebus illis exierunt de israel
filii iniqui. et suaserunt multis dicen
tes. Eamus et disponamus testamen
tum cum gentibus que circa nos sunt. quia ex quo
recessimus ab eis. invenerunt nos mul
ta mala. Et bonus visus est sermo in oculis
eorum. Et destinaverunt aliqui de populo. et
abierunt ad regem. et dedit illis potestatem
ut facerent iustitiam gentium. Et edifica
verunt gymnasium in iherusalem secundum le
ges nationum. et fecerunt sibi preputia. et re
cesserunt a testamento sancto. Et iuncti sunt
nationibus. et venundati sunt ut facerent
malum. Et paratum est regnum in conspectu anthy
ochi. et cepit regnare in terra egypti.
ut regnaret super duo regna. Et intravit
in egyptum in multitudine gravi. in curribus
et elefantis. et equitibus. et copiosa navi
um multitudine. Et constituit bellum
adversus ptolomeum regem egypti. Et ve
ritus est ptolomeus a facie eius et fugit